



## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Thesavrvs Casvum Conscientiæ**

Continens Praxim exactissimam De Censvris Ecclesiasticis, Aliisque Poenis, & Canonicis impedimentis, in Septem Libros distributus ...

Decisiones Casvum Conscientiæ Ex Doctrina Consiliorvm Martini Ab Azpilcveta Doctoris Nauarri collectæ, & iuxta librorum iuris Canonici dispositionem in suos Titulos distributæ

**Sayer, Gregory**

**Venetiis, 1627**

4 Missam celebrare licet capite tecto amictu, cessante scandalo.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13903**

DECISIO IV.

Ex conf. 4. alias 7.

**S**acerdos debilitate, & frigida capitis laborans, cessante scandalo cum quo nihil licet. c. Nihil cum scandalo, de præser. Missam, præsertim vlt. ad consecrationem, capite amictu facto celebrare sine peccato, aut vlla irreuerentia poterit, cum in primitiua Ecclesia solitos fuisse presbyteros missam celebrare capite amictu tecto cõfiteri, & amictus ipse, prout oratio ecclesiastica testatur, ca pius armaturam significat. Qui tamen sic celebrandi causam non manifeste iustam haberet, sed dubia, ab Episcopo prius, si commode adiri possit, dispensationem impetrare debet, in quo etiam euenit, aliquo potius panniculo albo, quam alio pileolo, quia propius ille ad amictum facrum, quam hic, accedit, vtendum erit.

DECISIO V.

Ex conf. 5. alias 1. de cleric. peregr.

**S**acerdos peregrinus, licet sine literis dimissorias celebrando male faceret, c. extranei, & c. priuatus, d. 71. nullam tamen irregularitatem sic Missando incurrit, nisi iure aliquo particulari clericis peregrinis indicta suspensio esset, donec licentiam assequerentur, censura. n. non nisi in casib. a iure expressis contrahitur, c. is qui de sent. exc. in 6. Sed neque licentia, aut literis dimissorias indiget ad hoc, vt fecerit celebrat, c. Tur. de cler. peregr. aut etiam ad publice celebrandum, si iterum dimissorias ad presbyterium suscipiendum paulo antea datæ fuerunt, quia episcopus ad presbyterium suscipiendum aliquem approbans, satis etiam approbare, & testari videtur, cum nec suspensum, nec irregularem, aut alias prohibuit esse, c. si celebr. de cler. exc. ministr. cum isti ad Presbyterium ordinari minime possint. Qui tamen ante aliquot annos per dimissorias episcopi sui presbyter ordinatus est, nouo indiget ad celebrandum testimonio, eo quod testimonium diu antea ad ordinem Sacerdotij suscipiendum concessum, mores præfentes non satis probat.

DECISIO VI.

Ex conf. 6. alias 9.

**C**um Missæ suffragium mortuis, & intentione animi ante Missam, & memoriam in Memento Missæ, & per collectas expressas in ipsa Missa applicari possit, c. cū graua. c. non æstimemus, c. animæ, 13. q. 2. & c. visum, de cõsec. d. 1. & c. cum creatura de celeb. miss. quorū omnium ceteris parib. optimus modus est per collectas, (cum suffragatio per collectas, alias duas includat, alia vero ista non includunt, qui. n. debito modo per collectam suffragatur, intendit applicare suffragium defunctis, pro quib. collectam pronunciat, & facit etiam eorum memoriam, & verbis præterea appositis, & ab ecclesia consuetis, pro eis precatur episcopi, & Religionum Prælati, quib. a Conc. Tri. sel. 25. c. 4. de ref. facultas data est, vt in synodo diocesana, vel in Capitulis Generalib. circa Missam reductionem statuere possint, quicquid ipsi expedire censuerint, ita tamen vt eorum defunctorum semper commemoratio fiat, prædictum Missarum numerum non sine iusta causa diminueri debent, cum constet vnā Missam pro plurib. dictam non prodesse singulis eorum tantum, quātū prodesset vni eorū, si pro eo singulariter diceretur, vt ait N. in M. c. 25. n. 103. vnde Missas iusta ex causa sic diminuente, eas dicturis imponat, vt animas defunctorum his omnib. modis iuuent, applicādo, s. eis valore eius, intentione ante Missam, memoria in Missæ Memento, & speciali collecta defunctorum, cum hoc sine iactura temporis, aut alterius operis conuenienter fieri possit, & Missarū de defunctis collectæ ceteris paribus in hoc aptiores, et fructuosiores sunt, quā collectæ Missarum de viuis, cū illæ specialiter, expresse, & directè defunctis applicentur, collectæ vero altarū Missarū non item, & pie, & sancte commemoratio de defunctis in Missa de festo saltem priuato fieri potest, c. visum de cõsec. d. 1. & c. cum creatura de celeb. Miss. & Pan. in cons. 99. vol. 1. quamuis etiam permitti possit, vt in maximè solemnib. festis omittatur, ad gloriam eorum referendo illam omissionem, & gloriam in præfatorū defunctorū opem & auxilium, & satis est hæc virtualiter fieri, quādo ob inaduertentiā, vel obliuionem interdū

expresse applicationem illam celebraturus non faceret.

DECISIO VII.

Ex conf. 7. alias 8.

**S**acerdos Regularis, aut alius pro vna Missa multas pitantias etiam de Superioris licentiā accipens, peccat, ex Nau. in Man. c. 25. n. 92. nisi expresse vel tacite cõsentiat illi, pro quib. dicenda, vel quib. ipsa Missa est promissa, cū Missa vna pro vno, & alio dicta non ita prodelt, ac dicta pro vno tantum ex eo. Nau. in Man. c. 25. n. 103. Nec quicquam prodest scientia, aut licentiā Prælati, quia non habet ipse potestatem remittendi obligationem soluendi debitū, quæ iure naturali, Diuino, & humano cõtrahitur, c. si res aliena. 14. q. 6. nec quisquam ab obligatione soluendi aliquid vni liberatur, eo quod debitum illud alteri soluitur, c. ea quæ, de iureiu. quamuis. n. Missæ valor infinitus sit, finito tamen modo applicatur, sed neque paruitas pitantiæ a singulis habitæ celebrantē excusare potest, nisi tāta esset paruitas, vt iustè præsumi possit, datæ pitantiā non datæ illam, vt tota vna Missa ei applicetur, sed tantū pars aliqua eius, quæ celebraturus videbitur.

DECISIO VIII.

Ex conf. 8. alias 1.

**Q**uamuis in die Natiuitatis Domini sacerdos tres Missas celebrare poterit, c. Noctē sancta de consec. d. 1. & Nau. in Man. c. 21. n. 2. & c. 25. n. 37. iure tamen cõmuni solū attentio, & exclusio voto, iuramento, promissione, & statuto particulari, vel alia obligatione speciali, nullus tres illas Missas celebrare tenetur, quæ Missæ ita dicendæ sūt, vt vna, seu prima earum solum ante auroram, & reliquæ post auroram, vel omnes post auroram, siue vnus solus sacerdos sit, siue plures, dicantur, & alteram illarū, quam volunt, omittere, vel dicere possunt.

DECISIO IX.

Ex conf. 9. alias 2.

**M**issam bis in die propter necessitatem, & vtilitatē, & sacerdotum penuriā celebrare licet, c. consuluit de cel. Miss. gl. & Pan. ibi. vtilitas autem audientium, non dicentū consideranda est, gl. in d. c. consuluit, quæ autem talis sit, arbitrio boni, & prudētis viri relinquitur, cum. n. aliquid indeterminatum iure statuitur, determinatio boni viri arbitrio est faciendā. l. 1. ff. de iur. delib. c. de causis, de off. deleg. & Nau. in Man. c. 25. nu. 57.

DECISIO X.

Ex conf. 10. alias 41. de panit. & remis.

**E**ucharistiæ sacramentum infirmo regulariter in eadē infirmitate plurtquam semel, post cibum sumptum in modum viatici, dare non licet, eo quod prohibito de non communicando post cibum eodē die, præcepti est. viati cum autem secūda vice in eadē infirmitate accipere, cõsiliū tantum est, propter quod præceptum transgredi non licet, arg. c. quod præcipitur, 14. q. 1. præsertim cum vix proberetur de præcepto teneri infirmū etiam vna vice post cibum communicare, cum regulariter præceptum non sit extra tempus paschale cõmunicare, c. Quod in te. de pan. & remis. & gl. ibi. qui tamen diu ægrotaret, & laberetur tantū temporis, intra quod ratione voti, vel penitentiz, vel alicuius legis particularis, (quali tenentur monachi, Clem. ne in agro. §. sane. de statu monac.) vel boni viri arbitrio teneretur æquē de cõsilio, & honestate communicare secūda vice, ac prima, nec commode expectari poterit manē sequens, post cibum sumptum secūda, qua prima vice viaticum sumere pari ratione potest.

DECISIO XI.

Ex conf. 11. [alias] 16.

**B**reviario Rom. nouo, qui non tenentur, eo extra chorū vti non possunt, cū Papa illius vsus, ex cõsensu tantū Episcopi, vel Capituli cõcedat, & diuersitas, & discordia facile nasceretur, si in eodē Monasterio vsus esset diuersorum Breviariorum, quia sic alij extra chorū nouos, alij Breviario antiquo vterentur, quod indecēs, & indecorū videtur, c. in noua actione 16. q. 7. Cle. 1. de elec. Quāuis forte peccatū dānandus nō esset qui nono extra chorū aliquando vteretur, cum Bulla nulli veteri nouo extra chorū vti, sine episcopi, aut capituli cõsensu, sed solū in choro.

H 2 DE-